



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCXXXVIII. De Mirabili conventione cuiusdam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Meneko de Querfurt XIII. Mag. Provinc. iu Pruss.

## CAP. CCXXXVI.

*De*  
*Combustione Castris Colayne & desola-*  
*tione territorii Junigedæ.*

Anno Domini MCCXCI. circa Purificationem B. Mariæ Fr. Bartoldus Bruhane commendator de Kunnigsberg & plures fratres cum M. & quingentis viris transeuntes castrum Colaynam, & invenientes ipsum vacuum combusserunt. Quo facto procedentes territorium Junigedæ rapinâ & incendio molestabant. Ita quod præter alia damna septingenti capti sunt homines infidelium & occisi.

## CAP. CCXXXVII.

*De*  
*Ædificatione Castris Junigedæ & de-*  
*structione Castris Mederabe.*

Eodem anno in festo Pasce Lethovvni ædificaverunt in eodem territorio Junigedæ Castrum, vocantes ipsum eodem nomine, quod frater Bertoldus prædictus intelligens, cum mille viris de Sambia accedens, dictam ædificationem voluit impeditre, sed non valuit præ multitudine infidelium resistere, & ne omnino in vanum laborassent, fratres diverterunt iter suum versus castrum Mederabam, de quo Christi fideles multa incommoda passi fuerunt, & expugnantes illud potenter, captis & occisis omnibus, ignis incendio funditus cremaverunt.

## CAP. CCXXXVIII.

*De*  
*Mirabili conventione cuiusdam.*

Hoc

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.

Meneko de Querfurt XII. Magister Prov. in Prussia.

**H**oc tempore in castro Mergenburg fuit frater Gerhardus, qui cum adhuc esset secularis erat de familia Illustris Principis Marchionis de Brandenburg & valde peritus in arte carpentasiorum, quantum ad Instrumenta bellica facienda, quidam talia Instrumenta, quibus & castra & civitates destructae fuerunt, multa fecisset, accidit quādam nocte dum adhuc in lecto jacens vigilaret, quod clausis januis venerunt quatuor viri portantes IV. candelas ardentes, accusantes eum in multis terminibus, & dicebant, quod nisi intra certum terminum vitam suam emendaret, sine dubio filius esset mortis, & in signum evidens hujus facti posuerunt super eum vestem albam, sicut solet poni super funera mortuorum; De quo ille miro modo perterritus, venit ad terram Prusciae, ducens secum vestem illam, & facta professione in Ordine domus Teutonicæ, vitam sanctam inchoans feliciter consummavit.

## CAP. CCXXXIX.

*De*

### Deprædatione territoriorum Pastoviae & Gesoviae.

**E**odem tempore frater Meneko Magister nec dum faciatus incommodo Lethovinorum, cum centum fratribus & magna potentia Equitum territoria (a) Gesoviae & Pastoviae hostiliter est ingressus, maximo incendio devastando, paucos homines cepit & interfecit & prædam modicam rapuit. In recessu seculi fuerunt Lethovini & saepius invaserunt fratres. In hac pugna (b) Lesbuto qui ante fuit amicus nunc hostis, irruit in fratrem Heinricum Zutsvvert & ejus dextrarium vulneravit, de quo frater Heinricus commotus ipsum lanceam perforavit.

Ss

Sed